

liricato, hereticus quidam, seductus a demonibus, fratrem quendam predicatorem, sibi dilectum, ad heresim invitabat. Quem cum videbat omni modo<sup>1</sup> resistantem ait: „si ipsum Christum et matrem eius et apostolos et sanctos mecum sentientes ostendam<sup>2</sup>, credes?“ Frater autem cogitans eum fantasia deceptum, respondit: „non immerito tibi credam, si vere probaveris, quod promittis.“ Tunc hereticus gavisus noctem statuit, quod compleret. Frater autem secreto et reverenter corpus Christi sub caputo ante pectus ponens, perrexit orans deum, ne illi<sup>3</sup> aliqua illusio prevaleat. Cum autem duxisset eum hereticus ad specum vicini montis, viderunt subito palatium clare fulgens et aromatibus redolens, tronos etiam in circuitu positos ex auro, in quibus rex fulgore corrusco circumdatus dealbatorum multitudine et iuxta<sup>4</sup> eum regina pulcherrima residebat. Hec, ut vidit hereticus, cadens in faciem adoravit. Frater vero, accedens propius, extraxit pixidem et obtulit regine in solio residenti dicens: „si celi et terre regina es, ecce filius tuus, eum adora<sup>5</sup> ut deum.“ Statim fantasia illa omnis evanuit et tante tenebre facte sunt, quod vix egredi potuerunt. Hereticus igitur conversus est ad Christum et una cum fratre dicto hoc fratri Conrado, provinciali Theutonice\*, narravit, qui predicta fratribus multotiens recitavit, tacitis nominibus personarum et loci.

Capitulum XX. De revelationibus et consolationibus factis fratribus a deo.

§. 6. [Dieser Paragraph ist aus cod. Vr. abgedruckt.]

De quodam fratre iuvene Theutonice\*\*, honesto et ad modum devoto, narravit sancte memorie magister Jordanis, quod Christus dominus in die cene ipsum communicavit, et in die parascheves passionem Christi totam in corpore suo sensit. Eratque mirum, quod dicebatur illi, ut se pararet ad illam<sup>6</sup> passionem et neminem inferentem videbat, sed tamen singulas sentiebat.

§. 9: aliud [exemplum]. [Vr.] [fol. 58<sup>a</sup>. Pal.]

Retulit frater Albertus, Theutonicus<sup>7</sup>, quod<sup>8</sup>, cum

<sup>1</sup> omnimodis, Pal. <sup>2</sup> ostendo sec. m., ostendebam pr. m., Pal. <sup>3</sup> illius pr. m., Pal. <sup>4</sup> iuxta, pr. m., Pal. <sup>5</sup> adhuc, Pal. <sup>6</sup> illam vel ad illam, Vr. <sup>7</sup> Aborus, Theutonicus, Pal. <sup>8</sup> qui, Pal.

\* Dieser Provincial von Teutschland, mit Namen Conrad, ist derselbe, welcher S. 2 genannt ist: U... prior provincialis, er führte das Provincialat 1233 und nach dieser Stelle schon 1230.

\*\* Was hier von einem fr. iuvene Theutonice berichtet wird, erzählt Antonius Senensis chr. p. 119 von Galterus H. Argentinensis.

ipse<sup>1</sup> esset prior provincialis Theutonice\*, receptus fuit quidam novitius insufficientis in scientia et etate, licet suppleret devotio et alia bona, quod<sup>2</sup> deerat de illis. Hic cum fratres illi<sup>3</sup> comminarentur de ludo<sup>4</sup>, quod provincialis expelleret ipsum<sup>5</sup> de ordine Predicatorum, ipseque hoc ultra modum timeret, contigit, quod in nocte purificationis verba illa Symeonis<sup>6</sup> attenderet: „putas<sup>7</sup>, videbo illas<sup>8</sup>, putas, ne<sup>9</sup> durabo etc.“ Unde miro modo affectus post matutinas se ad orationem in lacrimis<sup>10</sup> cepit illa verba retorquere ad se dicens: „domine Yesu<sup>11</sup>, putas, ne te unquam videbo, putas, ne in ordine isto durabo?“ Cum ergo mira cordis devotione<sup>12</sup> verba illa frequentissime diceret, audivit vocem dicentem sibi: „Tu me videbis, et in ordine isto perseverabis!“

Capitulum XXI. De fratribus, qui miraculis claruerunt in vita.

§. 2. [fol. 60<sup>a</sup>. Pal.]

Frater Gallerus\*\*, quondam prior et lector fratrum<sup>13</sup> in Argentina Theutonice<sup>14</sup> humilis, devotus, et misericors. Postquam tenuerat capitulum sororibus de Columbaria<sup>15</sup>, quedam officia diversis sororibus injungebat. Tunc soror Kunegundis, que febribus vexabatur, ait illi: „et mihi, pater, quod officium datis?“ Respondit: „febres tue tibi pro officio sint.“ Illa ergo noluit amplius uti medicinalibus, dicens: „quod officium sibi<sup>16</sup> injunctum teneret, donec ab eodem, qui injunxit istud<sup>17</sup>, absolveretur.“ Nec credebat, quod interim ei aliqua medicina prodesset. Peractis sex aut septem septimanis secundum ordinationem, prior jam<sup>18</sup> dictus ad locum rediens sororis illius devotione audita et eius misertus dixit coram multis: „ego in<sup>19</sup> nomine Christi ab officio illarum februm<sup>20</sup> te absolvo.“ Que se humiliter prostravit ad terram et ex tunc plenissime sanata est<sup>21</sup>.

<sup>1</sup> fessit in Pal. <sup>2</sup> que, Pal. <sup>3</sup> ei, Vr. <sup>4</sup> ludendo, Vr. <sup>5</sup> eum, Vr. <sup>6</sup> sermonis, Pal. <sup>7</sup> putas, Pal. <sup>8</sup> fessit in Vr. <sup>9</sup> fessit in Vr. <sup>10</sup> lacrimas, Vr. <sup>11</sup> Jhesu, Vr. <sup>12</sup> devotionem, Pal. affectione, Vr. <sup>13</sup> fessit in Pal. <sup>14</sup> Theutonicus, Pal. <sup>15</sup> Columbaria, Pal. <sup>16</sup> fessit in Pal. <sup>17</sup> illud, Vr. <sup>18</sup> fessit in Vr. <sup>19</sup> et in oijne ego, Vr. <sup>20</sup> istarum februm, Vr. <sup>21</sup> est sanata, Vr.

\* Er wurde erst 1254 zum Provincial gewählt und kam öfters an den Oberrhein, so war er auf dem cap. generale diffinitorum primum 1260 in Straßburg, 1268 und 1278 in Colmar. S. Band 3 S. 97 und 98, wonach er auch 1262 in Straßburg war, und unten „Zusätze“, Wforstheim.

\*\* Ueber diesen Bruder Walther von Straßburg spricht sich Antonius Senensis chronicon pag. 108 so aus: Literarum etiam monumentis proditum lego de quodam fratre Galtero, Teutone, qui Argentine docuit et praeiuit per plures annos. quod etiam